


August Varenius Jacob Mauritius

Breviarii Theologici Controversiarum post Formulam Concordiae publicatam inter Theologos Augustanae Confessionis agitatarum Disputatio ...

1 : De Scriptura Sacra, & uno Principio ac Regula Theologica

Rostochi[i]: Kilius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746213204>

Band (Druck) Freier  Zugang



RU theol. 18.Mai 1667

Varenus, August /a
Mauritius, Jac.

BREVIARII THEOLOGICI 8
Controversiarum post FORMULAM
CONCORDIÆ publicatam inter Theologos

Augustanæ Confessionis agitatarum

DISPUTATIO I. 25

DE

SCRIPTURA

SACRA,

& uno Principio ac Regulâ

Theologicâ,

Quam

MODERATORE S. SPIRITU

PRÆSIDE

AUGVSTO VARENIO, D.

& Professore Theologo, Sereniss. Ducum Mekleb.

Consistorii Provincialis Assessore,

Publica Eruditorum collationi ac Συζητησι

d. 30^a Martii hor. ab 8. antemerid.

in Auditorio Magno

submittee

M. JACOBUS MAURITIUS,

Brandeburgens. Marchicus.

ROSTOCHI,

Typis JOHANNIS KILII, Ac. Typogr, cl^o Isc LXVII.

BREVIARIUM THEOLOGICUM
CONTOVARIUM BOSS FORMULAM
CONCORDIAE PAPHONIAM INTER THEOLOGOS
AGGREGATIONIS CONCORDIAE
DISPUTATIO I

DE
SCRIPTURA
SACRA
et suo principio ac Regula
Theologica

Universitäts
Bibliothek
Rostock

MODERATO
AUGUSTO VARENO D.
& Professore Theologo, Senilli Ducum Medici
Consilii Paphoniae, Auctore
Publicae Bibliothecae callatae ac scripturae
in Aethiopiae scriptura
M. JACOBUS MAURITIUS
Rostock

Typis JOHANNIS KILIANI Typographi Rostockensis

Ad Clarissimum DOMINUM
JACOBUM MAURITIUM,
Philos. Magistrum fulgidissimum, SS. Theol.
Cultorem laudatissimum
publicè *RESPONSURUM*
DE
UNO PRINCIPIO, ET REGULA THEOLOGICA.

Impuros Tiberis latices, Canonig, sacratio
Appositasve foris, appositasve domi
Normas, & quàm non fidei sit regula duplex
Nec nisi *SCRIPTURÆ* nobile *PRINCIPIUM*
Tu nobis prædulcis Amor, Varnog, probatum
Pectus, tu nostra pulchra corona Scholæ.
Publicus ostendes Roseis celebrandus Athenis
Ne quisquam tribuat, nec meruere, fidem.
Sit felix! fadeat domus omnipotentis Olympi
Nec desit votis ara Serena tuis!
Iliacos, extra muros turbatur abundè.
O utinam *DOMINI* Pax foret alma domi!
Quam premit ambitio, fastus, studiumq, novandi
Per quæ tot fœdibus ludit in orbe fides.
Tu benè! Majestas per te stat regia fontis
Sacra: pure fonte bibuntur aquæ
Quid dicat Papa, Romana quid curia pompa
Nil curas: curas quid *DEUS* ipse sonet.
Magna Patrum Veterum laus est, si vera loquantur,
Sed fidei, Codex, unica norma, sacer.
Hoc signo vinces. Dabit hæc *VICTORIA* palmas
Quas tibi concedat, qui super alta, *DEUS*!
Celerrimè honori & Amori ergà Cl. Virum
quod debuit
sic adumbrare voluit

A. VARENIUS.

Excellent.

Excellentissimo Viro
DN. M. JACOBO MAURITIO,
Amico & Domestico meo suavissimo,
Sub Praesidio AUGUSTI Theologi
disputanti.

Huc-amor-usqve tuus tractare Matheseos artem,
Clare Vir, O nostrae sors pretiosa domus.
Nec desistis adhuc, sed coeptis fortiter instas,
Naturae scrutans nocte dieq; librum.
Non satis hoc, librum Scripturae evolvere gestis
Quem quoque nullo non tempore, purus adis.
Perge velut pergis: DEI erit tibi gratia praesto,
Et liber hic ingens lumen uterque feret.

Sic applaudere voluit

Jochimus Lindeman, Archidiaconus Marianus.

Sehet wie Mauritius auff seiner Bühne pranget
Wie Er von Gottes Wort so tausend schöne Lehren/
Aus seinem weisen Mund aniezo lässet hören.
Damit Er an das Kund des hohen Himmels lange,
Wer es nun hat so weit durch Tugend-Fleiß gebracht/
Daß Er so öffentlich darff wider Keßer kriegen/
Versichre sich daß Er auch selbe kan bestegen/
Im Himmel ist Ihm schon der Sieg-Preis zgedacht.
So freitet freitet wol / wir wünschen Euch Glück zu.
Behaltet ihr den Sieg / Herr Moritz/lasset streichen/
Fore Euren Tugend-Wiß / Apollo wil Euch reichen
Der Tugend edlen Lohn / der süßen Weißheit Ruh.

(So setzten zu Ehren Herru M. MAURITIO, ss. Theol. Candid.
Ihrer HochEhrw. des Herrn Lindemans

Sämpeliche Tischgenossen.



PRÆAMBULUM.

S. 1.



Etus illa & ex vero querula vox est
percontatricis Amice in excellentissimo
omnium Canticorum Canticò c. I. & Filii
Matris meæ irâ exarserunt contra me.
Optandum, nunquam stebilem adeò ele-
giam, filiabus olim Hierosolymitanis
à pulcherrimâ sub atro Symbate Spon-
sâ, de patrimonio Messie pascentis in li-
liis sollicitâ, acclamâtam, sive in Ecclesiâ
veteri Catholicâ, sive, post illam, quæ su-
periori seculo scoriis Papistis purgatam s. defecâtam, nitidior em no-
bis Ecclesiâ, operâ inprimis magni nostri Lutheri, & Protestantium
Principum Confessorum magnifico Zelo, reddidit, temporum emen-
dationem, in nostris Protestantium, & magnum Confessionis Aposto-
licæ, juxta hypotyposin sanorum sermonum in Augustanâ Confessione
expressam, publicè profitentium Ecclesiis fuisse exauditam. Cæterum,
quàm paria superiori seculo cum recentî & purissimâ olim Apostoli-
câ fata sit experta, A. Confessionem professâ Ecclesiâ, & quantam cala-
mitatem ab ipsis Filiis Mater passa, & ipsa Synergistarum, Majori-
starum, Flacianorum, Osiandri, Huberi, Islebii, aliorumq; in sa-
naticas partes abeuntium ostendunt nomina, & plenius explicat ipsa
CONCORDIÆ nostræ formula, etsi & hac in signum contradictionis
posita, non minùs Filios Matris exar descendentes est experta. Verùm
de his nobis in præsens nihil memorandum fuerit; Institui mus sal-

A

tim do-

eius domesticas illas controversias, quæ jam inde post publicatam Formulam Concordiæ nostro imprimis Seculo ejusdem A. Confessionis Doctores & sollicitos habuerunt, & variè aliquando dividerunt, succinctâ collatione & Examine representare, ac, prout Diodorus loquitur, *πίναξ ἰσθὺν πλῆναι ἑσθλῶν καὶ ἁγιωτάτων*.

S. 2. Equidem intempestivum videri poterat hoc argumentum, postquam CONFSSIONISTIS, Sectas, & discordiam domesticam clamore plus quàm Stentoreo objiciunt Pontificii. Sed nec propter horum clamores, & quos sibi de Confessionistarum (quos vocant) domesticis preliis parant triumphos, negligenter habendum, si quid Iliacos intra muros peccetur: nec habent, quod de nostrorum quorundam discordiâ triumphent, & verrucas objiciant, qui tuberibus propriis ignosci, & toti Ecclesiæ, quorundam imò & præcipuorum suorum Scholasticorum Doctorum variantes sententias non imputari postulant, Pontifici Rom. addicti.

S. 3. Habent satis bellorum domi, Pontifices totiens in Cathedralâ contradicentes, contradictorios Conciliorum Canones, Doctores Scriptoresve publicos, imò integros Ordines in præcipuis fidei articulis, & in ipsâ Summâ rei Christianæ dissidentes, & se mutuis armis, asidente, & imparem se liti dirimenda (prout omninò impar est) ostendente R. Pontifice, conscientes. Habent in controversiâ de summo Judice, de Pontificum & Conciliorum sive superioritate, sive paritate, sive inferioritate, de Pontificis Romani sive nonnisi cum, sive etiam sine Concilio generali infallibilitate, de ejusdem sive directâ, sive indirectâ temporali, præter bonum spirituale, in ipsos Reges & Principes potestate summâ, in quibus veterum Canonistarum, Scholasticorum quorundam, & recentiorum Jesuitarum, sedè Romane sædè parasitantium portentosa Monarchica, prout generosioribus quibusdam Pontificiis, Cardinali Cameracensi, Gersoni, Almaino, Cusano, Abulensi, Cassandro, Alph. de Castro, innumerisq; aliis, quos refert Azorius, & post Azorium tom. 2. instit. l. 4. c. 19. q. 3. l. 10. c. 6. q. 3. Roggerus Widdringtonus in Apol. pro jur.

Principum

Principum, *Guil. Barclajus l. de pot. Pap. jam olim displicuerunt: ita etiam nunc Sorbona Parisiensi displicere, & idem hanc constanter cum magno Pontificiorum Doctorum agmine docere, quod veluti hæresin notavit Bell. l. 5. de Rom. Pontif. c. 8. & pro quâ sententiâ, quæ sc. non tam sententiâ, quàm hæresis, in altero extremo docet: Pontificem, ut Pontificem, nec ex jure divino ullam habere temporalem potestatem, nec posse ullo modo imperare Principibus secularibus, nedum eos regnis, & principatu privare, non nisi, suo judicio, Hæreticos allegavit, non diu est, quando publico ad Curiam Regiam Parisiensem relato rescripto. s. responso Theologico ipsa ostendit.*

§. 4. *Quantum hic Bellarminus ab utroque latere passus, expertus est ingenti suorum scriptorum periculo, non semper verum: Medio tutissimus ibis. Qui & à Thomâ Bozio Canonistarum astipulatore, & Papalium Parasitorum Antesignano enixè contendente: Omnem vim Regiam omniumq; rerum quæ in terris sunt, potestatem & dominium datum esse Romano Pontifici Jure divino, ex quo potuerit Indias occidentales Castellæ, Orientales verò Lusitanix Regibus adjudicare, Christum ut hominem fuisse Regem temporalem & dominium temporale in terris habuisse, totius mundi dominium, omnia regna & principatus, novus Theologus, apertissimè falsa, & adversus omnem veritatem pugnantia docens, vid. Boz. l. 2. c. 11. l. 5. c. ult. ab aliis autem contraria sententiâ additis nimis rigidus Censor, Roggeri Widringthoni judicio, meritò, reputatur. vid. hic Apol. pro jure Principum n. 117. p. 97.*

§. 5. *Ita thesin Jesuitarum in Ratisbonensi Collocutorum, de Judice generali omnium controversiarum religionis, qui sit Pontifex Romanus, sive solus, sive cum Concilio aliquid definiat, & qui, ubi ex Cathedrâ definit, semper sit infallibilis, qualem tunc appellaverunt Clementem VIII. (vid. Colloq. p. 23.) durâ satis censurâ nuper notavit Valerianus Magnus Capucinus, negans dogma de infallibilitate & primatu Pontificis esse decretum fidei, ad*

ejus professionem non vult obligari ullos fideles, cum non
 saltem in Scripturis nulla fiat mentio Pontificis Romani, atque addo
 ex solâ Scripturâ authoritas cathedralis infallibilis non possit
 probari: sed & ne ullum quidem decretum Ecclesiasticum fidem
 concernens extet, quod Pontifici Romano tribuat infallibilita-
 tem autoritatis, qui idem quàm ibidem Atheismi & hareseos moralis,
 ex capite commissorum & omissorum, coram orbe terrarum accu-
 saverit Jesuitas, publicè constat. Ita disputatum nostro seculo de Episcopo
 Romano, an solus Petrus, an cum Petro Paulus fuerit fundator Ec-
 clesie Romanæ, ejusdemquæ; caput? Ita de Vulgatæ Latinæ editio-
 nis authenticâ dignitate, & sensu nominis, quousque se extendat
 authenticum? quæ & in Concilio Tridentino sententiarum divortia,
 & post Concilium, in magnos, quos domi habuerunt Autores, bella, &
 in his summorum ingeniorum pari veritate ac libertate causam hic
 perorantium, discrimina! Ita in controversiâ de gratiâ & libero ar-
 bitrio, de B. Virginis conceptione in peccato originali, de visio-
 ne animarum ante diem judicii, quenam ordinum bella, & quàm
 in his sive deliquium ostendit, sive ludibrium debuit dudum Papa &
 Papatus? Ita de descensu Christi ad inferos, de Purgatorio, & condi-
 tione illorum, qui sunt in Purgatorio, an ibidem sint pro nobis pre-
 catores, an in sensu composito sint à nobis invocandi, & canoni-
 sandi? quàm disparibus sententiis agitur domus antiqua! Et sunt
 talium discordantiarum longè plurima, imò de precipuis Canonibus
 Tridentinis etiam post Concilium, Exempla, in quibus ipsis erat do-
 mi prius coeundum, quàm domestica quaedam discordia in qui-
 busdam controversiis nobis objicienda. Habent satis in hoc genere
 domi, quod agant. Tollant Hypocrita prius ingentem ex propriis ocu-
 lis trabem, & deinde curent festucas proximorum. Nos, quod in-
 stituimus, propitio DEO, aggrediemur & peragemus.

ARTICULUS I.

De Scripturâ, & hujus quibusdam locis.

SECTIO I.

De uno Principio & regulâ Theologicâ.

§. 1.

In ipsâ Catholicâ Ecclesiâ magnopere curandum esse, ut id teneamus, quod ab omnibus creditum est, quippe quod sit verè proprièq; Catholicum, jam olim Seculo V. notavit Vincentius Lirinensis, in libello, quem parvum mole: sed virtute maximum utilissimeq; legendum (Bellarmino iudice) scripsit, de Catholica Fidei antiquitate & universitate, adversus profanas omnium heresum novationes. Præmiserat idem, quod ipse Consultor, sæpè magno studio & summâ attentione perquirens, quonam modo posset certâ quâdam & generali ac regulari viâ Catholica fidei veritatem ab heretica pravitate & falsitate discernere? ab omnibus illis quamplurimis sanctitate & doctrinâ præstantibus Viris responsum retulerit, tale sc. Quod sive ego, sive quis alius vellet exurgentium hereticorum fraudes deprehendere, laqueosq; vitare, & in fide sanâ sanus atque integer permanere, duplici modo munire fidem suam Domino adjuvante deberet, primò scil. divina legis autoritate, deinde Ecclesiæ Catholicæ traditione. Non negavit Vincentius, quod sit perfectus Scripturarum Canon, sibiq; ad OMNIA SATIS superq; sufficiat, quia tamen Scripturam sacram pro ipsâ sui altitudine non uno eodemq; sensu universi accipiunt: sed aliter Novatianus, aliter Photinus, aliter Sabellius, aliter alii Hæretici, propter tantos tam varii erroris anfractus, existimavit, multùm necesse, ut ei Ecclesiastica intelligentia jungeretur autoritas, & Prophetica ac Apostolica interpretationis linea secundùm Ecclesiastici & Catholici sensus normam dirigeretur. Ita Vincentius in commonitorio c. 1. 2. 3. quæ quibusdam A. Confess. Theologorum patrocinari visa suo dogmati, quo geminum principium Theologicum, primarium unum, Verbum sc. scriptum, alterum

alterum *secundarium*, Traditionem sc. Ecclesiasticam, utrumq; tamen principium *ad rem*, defendere sunt conati, regulam item Theologicam duplicem, *primariam & secundariam*. Nec attinet nunc illam Vincentii sententiam, à quibusdam præjudiciis sive nostrorum, sive Pontificiorum, pessimorum Vincentii interpretum vindicare: sed de Principe hujus Articuli controversiâ in timore Domini dispicere,

§. 2. Quomodo in ipsâ Ecclesiâ Catholicâ curare possimus, ut id teneamus, *quod ab omnibus creditum est*, idem Vincentius c. 3. his verbis designaverat, futurum sc. hoc, si *sequamur* (1) *Universitatem* (vel si hanc unam *fidem veram esse fateamur, quam nota per orbem tertiarum conficitur Ecclesia*) 2. *Antiquitatem* (si sc. ab his nullatenus *sensibus recedamus, quos sanctos Majores & Patres nostros celebrasse manifestum est*). 3. *Consensionem* (si sc. in ipsâ *vetustate, omnium Sacerdotum pariter & Magistrorum definitiones sententiasq; sectemur*). Quia verò Character Catholicissimi tertius cum secundo Vincentii ferè coincidit (nec enim *Consensio vetustatis*, apparet aliud quid esse, quàm sensus vel *Consensus Antiquitatis*, nec alii ibi *Majores & Patres*, quàm hîc *Magistri & Sacerdotes*) Character autem primus, Vincentii magis temporibus, quàm nostris, postquam præter divisionem orientis ab occidente Romano, successit *longè maxima illa apostasia, & revelatus est Homo peccati, filius perditionis, ὁ ἀρχαίος υἱὸς τοῦ σκότους*, efferens se supra omnem qui dicitur *DEUS* aut cultus, usque adeò ut in ipsum templum *DEI* *Cathedram Tyrannidemq; præsumat, imò sede at ostendens se ipsum, sicut DEUS, 2. Thess. 2. 3. 4.* utrinq; est applicabilis (etsi, singulari *DEI* gratiâ nec hodiè defunt Articuli fundamentales, in quib? ostendere licet consensum illum Catholicum *Universitatis*, quam vocat Vincentius) proinde summa quæstionis ad unum præcipuè redit *consensum antiquitatis*, ex *Conciliis* inprimis *œcumenicis, & Patrum Catholicorum sententiis* innotescentem, cui illud *principium ad rem & regula secundaria* superimponitur.

§. 3. Quàm

§. 3. Quàm honorificè nostræ Ecclesiæ de vero consensu antiquitatis sentiant, contra Pontificiorum calumnias vel ex uno constare poterat Examine Trid. Concilii Chemnitiano, in quo non solum velut *duo æquivalentia s. termini convertibiles* allegantur *antiquus Ecclesiæ Status, tenens veram Apostolicam traditionem, & doctrina Scriptura sacra*: sed & quàm reverenter apud nos habeatur illa *Ecclesiæ Catholice traditio, quæ in vero sensu s. genuinâ Scripturarum expositione, & antiquorum Patrum Catholico consensu posita est* ad 4. & 6. genus traditionum sequentibus verbis exprimitur: *Nullum est dubium primitivam Ecclesiam accepisse ab Apostolis & à Viris Apostolicis non tantum textum Scriptura: verum etiam legitimam & nativam ejus Interpretationem.* Irenæus & Tertullianus, quando de veritate expositionum provocans ad Apostolorum traditionem, quæ in Ecclesiis sincera tunc adhuc servabatur, recitans & describit qualis sit illa traditio, *Symbolum sc. fidei, in quo sunt n̄vta Κύριος Ἰησους Χριστός.* Has germanas, antiquas & veras Apostolorum traditiones **SUMMA cum REVERENTIA** amplectimur. Profitemur enim nos verà fide amplecti omnia Scripta Prophetarum & Apostolorum, & quidem in hac ipsâ nativâ sententiâ, quæ in Symbolis Apostolico, Niceno & Athanasiano est expressa. Damnamus etiam constantissimè omnes furores, qui pugnant cum Symbolis, quive damnati sunt veris Ecclesiæ judiciis. Et paulò post ad genus 6. Bonâ conscientia affirmare possumus, nos post sacra Scriptura lectionem aliquid, quantum quidem gratia Domini concedit, in inquirendo & investigando vere & purioris antiquitatis consensu posuisse, & quotidie adhuc ponere. Patrum enim Scriptis suum & quidem **HONORIFICUM**, qui illis debetur, tribuimus locum, ut qui multos Scriptura doctrinae locos præclare explicaverunt, antiqua Ecclesiæ dogmata contra novas hereticorum corruptelas defenderunt, idq; ex Scripturâ, multa de historiâ primitivâ annotarunt, multa alia utiliter monuerunt. Et cupimus id, quod de gratiâ DEI propter Filium Mediatorem credimus & speramus, ut

membra

*membra vera Catholica Ecclesia, in futurâ vitâ ipsum Filium DEI, Pa-
 triarchas, Prophetas & Apostolos, Martyres & Patres, qui verum fun-
 damentum tenuerunt, videre, & eorum familiaritate in omni aterni-
 tate frui. Mediocri igitur diligentia inquirimus consensum vera,
 erudita & purioris antiquitatis, & Patrum testimonia, quæ Scripturæ
 consentanea sunt, amamus & magnificamus. Fatemur etiam, nos ab
 illis dissentire, qui fingunt opiniones, quæ nulla habent testimonia ul-
 lius temporis in Ecclesiâ: sicut nostro tempore fecerunt Anabaptista
 & alii. Hæc I. alleg. Chemnit. qui idem in Exam. Concil. Trid.
 tit. de asserv. sacr. pulcherrimè conciliat superiorem Vincentii
 sententiam: Catholicum, inquit, esse, Vincentius Lirinensis rectè
 definit, quod semper, quod ubique, quod ab omnibus similiter obser-
 vatum fuit. Ad illud igitur, quod affirmatur universæ Ecclesiæ Christi
 Catholicum, atque idcò necessarium esse, omninò requiritur, vel ver-
 bum, vel exemplum Christi & Apostolorum. Neque enim caput à
 membris b. e. Christum ab Ecclesiâ, neque principalia membra, b. e.
 Apostolos cum suâ doctrinâ & exemplis à reliquo corpore Ecclesiæ re-
 secare debemus, quando de Catholica s. universâ Christi Ecclesiâ lo-
 quimur: sed illud verè est universæ Ecclesiæ Catholicum, quod à Ca-
 pite Christo mandatum, & ab Apostolis observatum esse, probari potest:
 Quando hoc fundamentum deest, ne totius quidem orbis consensus
 sufficit ad probandum & Καθολικόν.*

§. 4. Prout autem hæc & alia in laudem antiquitatis pu-
 rioris honorificè sive dicta, sive scripta, reverenter admittimus:
 Ita Principij ad rem & Norma secundaria nomen, ac mensuram
 nominis, illi consensui antiquitatis haut competere, nec Princi-
 pium, sive Regulam Theologicam duplicandam esse, omninò
 statuimus, Fundamentum, cui superstruitur hæc Regula & Prin-
 cipium, est, Ecclesiæ CHRISTO PETRÆ superædificatæ, de non
 prevalituris inferni portis, ex speciali promissione Servatoris se-
 curæ, privilegium, eademq; veritatis columna & firmamentum.
 Matth. 16, 18. 1. Tim. 3, 15. Et sequitur sanè exinde, Ecclesiam
 univer-

universalem nunquam extra Confessionem & fidem veritatis sal-
vificæ (cujus perpetua duratio inseparabiliter annexa est Ec-
clesiæ) fuisse, nec unquam fidei e. c. mysterij SS. Trinitatis, Filij
DEI incarnationis, gratiæ Jesu Christi justificantis, testes & Confes-
sores defuisse: cæteram, per illud non amittendæ veritatis salvi-
ficæ privilegium, Ecclesiam in illo sublimi PRINCIPII vel RE-
GULÆ culmine collocari, ut cætera æqvè immediata fidei do-
gmata, ex Scripturis sive inter domesticos, sive contra adversa-
rios, deducantur, mediante secundo Principio axiomatice,
quod tale sit: Quicquid Ecclesia Catholica ex Conciliis & Patribus
estimanda docet, illud infallibiliter verum est, nulla Scripturæ
lux præfulget. Præclare iterum laudatissimus noster Che-
mnitius: Est nostrorum sententia, quod in controversiis religionis
Judex sit ipsum verbum DEI, & quod postea accedat Confessio vera Ec-
clesiæ. Semper enim sequuntur verbum tanquam Judicem ALIQUI
PII, & Confessione firmiorum adjuvantur infirmi. Valet igitur in
Ecclesiâ, sententia congruens cum Verbo DEI & Confessione PIORUM
sive sint PLURES, sive PAUCIORES impii. Ita veteres damnade-
runt Samosatenum, & deinde Arium. Ita Petrus Alexandrinus re-
futabat Meletium. Ita nos pronunciamus de Baptismo infantium.
Habemus testimonia in Scripturis manifesta, quæ affirmant, extra Ec-
clesiam non esse salutem: deinde & Ecclesiæ primæ testimonis juda-
mur. Ita Judex est verbum DEI, & accedit pura antiquitatis Confessio.
Vult enim DEUS in Ecclesiâ esse ministerium vocis. Quare audi-
enda est Ecclesia, ut Doctrinx: sed fides ac invocatio nituntur VERBO
DEI: non humanâ autoritate. Apparet inde, quomodo habeat
illud Ecclesiæ testimonium, & quàm non sit authenticum, non
per se à Deo, sed & quàm sit unius Scripturæ, velut Regulæ
& Principii, autoritate limitatum, & quomodo in actu exercito
potius faciat conclusionem facti, quàm juris.

§. 5. Sed nec dubium, quin, sicut Ecclesia primitiva accepit ab
 Apostolis Scripturas Canonicas, ita quoque, in illis in primis locis,

in quibus sedes primaria est articuli fidei fundamentalis, acceperit ipsarum Canoniarum Scripturarum genuinam expositionem & sensum, qui tamen non tam peculiari quadam revelatione s. traditione videtur inculcatus, quam sive intrinsecæ & irrefragabili verborum claritati, sive pio flagrantiq; legentis Scrutinio, & arti Herminevticæ commissus, etsi in abstrusioribus quibusdam locis futuro seculo reservatus, ut non aliud hic ab ipsis Apostolis interpretationis Scripturarum Consilium Ecclesiæ Catholicæ fuerit relictum, quam quod, sive deinceps Irenæus l. 2. c. 46. & 47. reliquit, sive magnus Augustinus variis in locis expressit sc. (1) illis, *quæ aperte, & sine ambiguo* ipsis dictionibus in Scripturis ponuntur, velut extra controversiam sano periculiq; vacuo *sensui* firmissimè inhærendum. 2. In *parabolicis*, vel extra parabolas obscurioribus locis, nihil contra ea quæ apertius in Scripturis dicta sunt, interpretandum, nec ex illis solis aliquem fidei articulum extruendum. 3. Cum præter illa, *quæ sunt necessaria saluti, ad quæ non magnâ perveniatur difficultate, ubi quisque ibi fidem tenuit, sine quâ pie recteq; non vivitur, multa, multipliciterq; mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restent*, exercitium quidem & inquisitionem in hujusmodi locis commendandam, *ita tamen, ut ne per hanc excidamus ab illâ simplicitate, quæ manifestissimè predicatur*, quin potiùs hæc & alia, ex illis, quæ manifestissimè in Scripturis posita sunt, explicentur & intelligantur. 4. De iis, quæ intelligimus, *agendas DEO gratias: quicquid autem est, quò nondum nostræ mentis intentio pervenire potest, salvâ pace & charitate, à Domino, ut intelligamus, orandum.* 5. Cum multa sint mysteria in Scripturis, quæ in hâc infirmitate, propter nostræ tarditatem intelligentiæ perscrutari non possimus, consilium Irenæi, *ut, si omnium, quæ in Scripturis requiruntur, absolutiones non possumus invenire, alium tamen DEUM non requiramus, vel, prout antea dixerat, ab eâ svasione, quæ in Scripturis manifestissimè predicatur, non excidamus: sed in Scripturis quadam hoc in seculo*

seculo secundum gratiam DEI absolvamus, quædam autem DEO, non solum in hoc seculo: sed & futuro commendemus. Has & alias Patrum pulcherrimas de interpretatione regulas Apostolicis consonare, constabit ex Epist. ad Philip. c. 3. 15. (quem locum pro regula 4. allegat August. 1. de grat. & lib. arbitr. ad Val.) 2. Tim. 1. 13. 1. Petri 1. 19.

§. 6. Prout tamen Ecclesia vetus, se in talibus locis Scripturarum tenere mentem Christi, non ex abstracto quodam *inerrabilitatis* privilegio: sed solâ collatione fontium s. ipsarum Scripturarum consilio vel scrutinio legitimare potuit, & persvasura sui sensus mentalis, cum illo, qui est Spiritus s. revelantis, & literæ significantis, debuit: ita facile constabit, illum quidem locorum Scripturæ sensum, quem *juxta superiores interpretationis regulas in ipsis Scripturis legitimatum*, confessione quoque sanctorum apud infirmos vel contradicentes illustrare vel comprobare licebit, pro *vero & genuino* s. menti Spiritus S. revelantis adæquato habendum: Cæterum exinde ad *Principium* vel *normam secundariam* non conclamandum, ita ut hujus vel illius loci sensus catholicus credatur sub hæc propositione, velut regulâ: *Quicumque sensus locorum Scripturæ gaudet antiquitatis consensu, is est genuinus, & in illo loco à Spiritu S. intentus*: vel sub illâ generaliori: *Quicquid dicit Ecclesia Catholica, illud infallibiliter verum est*: ut jam subsumere liceat: atque e. c. Joh. 1. 14. 1. Tim. 3. 16. sensum esse de *incarnatione DEI Filii*, dicit Ecclesia vetus. E. Multum interest inter has enuntiationes: *Sens? Scripturæ* in locis quibusdam apertioribus continentibus articulum fidei obtinens, non ignotus fuit Ecclesiæ primitivæ: sed fuit in Corpore Doctrinæ veteris Ecclesiæ. E. quicumque *sive hujus, sive illius* Scripturarum loci sensus allegatur in antiquitate is est verus & genuinus illius loci Scripturæ sensus, vel: *Quamcumque interpretationem habet vetus Ecclesia, illa est infallibiliter vera.* Prout primum necessario creditur: ita non necessario secundum ex primo inferitur.

fertur. Non V. C. Sensus ille habet quosdam semper Confes-
sores. E. hi faciunt novum principium, & sufficiunt ad regu-
lam secundariam.

§. 7. Consensus ille necessariò fuerit, non nisi, ubi *Sedes arti-
culi fidei*, & in primis *fundamentalis*, neque omnium locorum,
in quibus articulus talis: sed quorundam saltem: ut adeò in-
numerabilibus in locis, etiam continentibus mysterium s. fidei
articulum, & vel fundamentalem, dum nulla clara lux interpre-
tationis ecclesiasticæ præfulget, per hanc maneant longè pluri-
ma suis umbraculis opaca, nisi agatur ex Consilio Petri, quod est:
*Attendendum Sermoni Prophetico velut firmiori, & habenti instar lu-
cernæ splendentis in loco obscuro, usque dum affulgeat dies, & Phospho-
rus oriatur in cordibus nostris.* 2. Petr. 1. 19. Quin in illis quibusdam
locis, revertendum semper fuerit *ad fontem*, ut solidè constet in-
terpretationem Ecclesiasticam hic non solum *fidei analogam*:
sed & tali vel tali loco à Spiritu S. naturali literæ significatu in-
tentam. Multum sc. hic interest, usque adeò, ut & interpreta-
tioni antiquitatis in illis ipsis locis, ubi de fide agitur, ultra *ana-
logiam fidei*, tutò non insitatur, à quâ *ad literalem & determina-
tum hujus vel illius particularis loci Scripturæ sensum* malè conclu-
di publicè constat. Fatemur nullum dogma pro articulo fidei
vel sensu loci Biblici facillè tenendum, quod primitivæ & Catho-
licæ Ecclesiæ fuerit ignotum: & nullum cujuscunque Scriptu-
ræ loci interpretamentum contradicens Symbolis veteris Ec-
clesiæ, pro vero & genuino Scripturæ sensu habendum: ne-
gamus autem, nullum Scripturæ locum contra sensum litera-
lem, quem in tali loco præsumsit Ecclesia vetus, interpretan-
dum vel exponendum esse, cujus sanè Doctores, multos fidei
articulos omninò credendos, non bonâ semper interpretatio-
nis fide, ex locis sc. nil quicquam talis articuli continentibus
impertinenter probare sunt conati: quomodo, etsi dogma con-
substantialitatis Filii cum Patre, Catholicum & fundamentale,
illis

illis tamen quibusdam Scripturarum argumentis superstru-
ctum fuit à Patribus Nicenis, quæ fundamento non sufficere,
ab Augustino agnitum notavit M. Ant. de Dom. l. 7. de rep.
Eccl. c. 3. §. 22.

§. 8. Prout princeps in primis Interpretis rectè respectus est ad
analogiam fidei, sed qui in verâ sensus literalis expressione, cum
analogiâ signorum s. ἢ ἐν ἁπλοῦσι, vocabulorum sc. vel oratio-
nis est copulandus: ita dum hæc ferè negligentius habitâ, ad il-
lam e. c. in Symbolis Catholicis expressam, unicè respexerunt
Patrum plurimi, necessitatem imposuerunt posteris, & contra
analogiam illam fidei non pronunciandi, & ab ipsâ tamen
interpretatione veterum frequenter abeundi, ipsamq; ve-
terum Sanctorum expositionem ex Scripturis dijudicandi. Sic
Irenæus Interpretationem vult ita institui, ut *veritatis corpus in-
tegrum, & simili aptatione membrorum, ac sine concussione perseveret*,
h. e. ut interpres totum Corpus Doctrinæ, quæ in Scripturis
traditur, sibi proponat, ne interpretatio contra illud feratur.
Ita Tertullianus, salvo Symbolo, quod *regulam vocat fidei*, liberè
putat, *posse in Scripturâ tractari, inquire, si quid videatur vel am-
biguitate pendere, vel obscuritate obumbrari*. Ita Augustinus ex-
positurus Genesin, præmittit *articulos fidei*, ut in explicatione
quæstionum difficillimarum, *si nihil dixerit contra hanc regulam
fidei; sed quæ illi consentanea sunt, non dici possit errasse*, etiamsi
fortè sentum & mysteria verborum non ubiqve assecutus, nec
quæstionibus satisfecisse per omnia videri posset. Accedit,
quod ab interpretatione quorundam vetustissimorum Patrum
non tantùm non ad Sensem loci Biblici determinatum; sed
ne ad ipsam quidem fidei analogiam rectè satis inferatur, cujus
exemplum non malè in Dialog. Rivet. adversus Grotium. p. 499.
exaggeratur illud loci Gen. 6. p. de *Angelis* s. *Egregoris* per impu-
ros amores & mixtiones cum filiabus antediluvianorum factis
Apostatis, interpretamentum, pro quo Rivetus magnam Pa-
trum

trum turmam allegavit, etsi tùm in aliis quibusdam, tùm in Chrysoftomo, qui, si quis alius Patrum hic fuit Doctor Angelicus, & contra Tertullianum, Lactantium aliosq; impuriore Exegetas hic vehementer causam peroravit, insigniter Rivetus erravit. Vid. Chryf. in h. l. Genes. ubi interpretamentum illud *μυθωδίστερον* vocat, & *μυθολογίαν τῆ ἀπειροκλήτου πάντων Φεγγουμένων.*

§. 9. Atque hâc occasione notamus, non imputandum statim Ecclesiæ Catholicæ, quod quorundam Patrum Catholicorum incedit autoritate. Nihil hoc magis inculcatum passim ab Augustino in Disputationibus contra Donatistas & Pelagianos, ex ipsis Catholicorum quorundam Patrum Scriptis arma sæpè præsumentes, imò, contra ipsum Hieronymum *pro simulatione Petri Antiochenâ* inculpabili, allegantem magno ordine jam inde ab Origene Græcos Scriptores ad Johannem usque novellum tunc Episcopum Constantinopolitanum, cui Patrum numero Augustinus opposuit unum Paulum ex Ep. ad Gal. 2. 11. 12. 13. 14. & post hunc, velut Confessores, alios quosdam Patres fidelius hîc Ecclesiæ sensum tenentes. Apparet inde, quotiens autoritas consensus antiquitatis sub ratione *principij futuri, s. regule secundariæ* ex Scripturis legitimatur, & ex ἀναμάρτησιν illâ Ecclesiæ Catholicæ fundamentali, ad hoc vel illud dogma tenendum infertur, totiens in argumento 4. dari terminos. Major sc. loquitur de Ecclesiâ, quæ est *domus DEI viventis, columna & firmamentum veritatis, edificata super Petram*, & ab ipso Servatore nobilitata privilegio *de non prevalituris adversus illam portis Inferorum* sive habeat majorem, sive minorem Coronam Confessorum, in ejus medio præsens Christus est ad usque consumationem sæculi Matth. 7. 25. c. 16. 18. c. 28. 20. 1. Timoth. 3. 15. & de Ecclesiâ adeò quæ creditur. Minor de abstractivâ, vel formali, quam Pontificii vocant, quæ ex Episcopis & Scriptoribus ac Patribus Catholicis, sive in Concilio, sive extra Concilium repræsentatur, & olim videbatur. Ostendendum prius erat Privilegium Doctoralis

ralis Ordinis, per quod constet, ita illius solius infallibilitatem fluere ex inerrabilitate fundamentali Ecclesiae Catholicae: prout haec ex clarissimo testimonio Scripturae: sed &, ubi hoc per quasdam ambages tentatum fuerit, principiitamen ad rem auctoritas expirabit: vel fuerit, sub illo secundario novum dandum principium secundarium, antequam eatur ad praxin s. processum Theologicum aliorum credendorum, quorum sc. resolutio immediata fuerit in Ecclesiam e. c. Synodicam Nicenam, hujus in Catholicam, hujus in Scripturam.

§. 10. Quanto compendiosius contra Maximin. Arianum causam agere voluit Augustinus: *Nec ego, inquit, Nicenum nunc, nec tu debes Ariminense tanquam praedudicaturus proferre Concilium. Nec ego hujus auctoritate, nec tu illius detineris. Scripturarum auctoritatibus res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione concertet.* vid. id. l. 3. c. 14. cont. Max. Arian. Videbat sc. armis Conciliorum & Episcoporum aliquando etiam pugnare posse haereticos e. c. Donatistas Bagajensi in Numidia 310. Episcoporum, Arianos Ariminensi, 600. Episcoporum, nec ignorabat miram Diaboli astutiam, qui (verba sunt Bellarm. l. 1. de Christo c. 14.) *argumentum Catholicorum ab antiquitate & consensu Catholico petitur, in ipsos Catholicos retorquere conetur*, inde Augustino consilium, solis Scripturarum armis decertare in illa contra Arianum pugnâ. Agnovit jam supra citatus M. Anton. de Dom. Ecclesiam illam, quae non possit errare, esse *totam universalem Ecclesiam*, usque adeo, ut *licet errent universa Concilia, non tamen propterea erret universalis Ecclesia*. Non novum & insolitum, Ecclesiam visibilem ferè totam permitti à DEO, ut in aliquem errorem labatur. Tota Africa & magna pars Orientis Cypriani errorem de baptismo est amplexa, & quidem diu satis (quâ de re vid. Epistola Dionysii Alexandrini ad Steph. & Sixt. Rom. apud Euseb. Hist. Eccl. l. 7. c. 2. 6. 7. 8. ubi pro sententiâ Cypriani de rebaptizando, & integras Synodos e. c. Iconiensem, Synadensem, &c.

& pra-

& praxin Ecclesiarum *πλευρωματικῶν*, imò Cathedras longè plurimorum Episcoporum urget, & ipsam antiquitatem dogmatis Cypriani) Arianismus ferè totum & orientem & occidentem aliquando occupavit, adeò ut longè plures Cathedræ fuerint Episcoporum Arianorum, quàm Catholicorum. In Ecclesiâ visibili semper Triticum & Zizania, paleæ, & grana. *Christus quidem semper est in navi: sed aliquando dormit* Matth. 8, 24. etsi non sic ut permittat navim frangi. Psal. 121, 4. Apparet iterum exinde, quomodo ab inerrabili Ecclesiâ universali ad præsentatam e. c. in Concilio, non V. C. & quomodo hic non detur demonstratio ex prioribus, notioribus, necessariis, causis conclusionis, & nullus adeò hîc respectus Principii ad rem.

§. II. Aut nulla est necessitas consequentiæ ab *inerrabili Ecclesiâ, Catholicâ*, invisibili, ad inerrabilem *Ecclesiam illam abstractivam visibilem*, quæ solo castu Doctorum, sive in Concilio, sive extra continetur, aut alterutrum sequetur, sc. sive Consensum illum non 5. & 6. seculorum spatiis absolvi: sed ad usque consummationem seculi dandum esse, & usque adeò sub *Apostasia* Papalis regno inconcussum, solidumq; stetit, ut *Principij ad rem secundarij* mensuram implere potuerit, aut *portas inferorum adversus Ecclesiam Catholicam* prævaluisse, & Ecclesiam illo præstantissimo *columnæ & firmamenti veritatis* axioma excidisse, quorum duorum, cum posterius absurdum, prius autem ipsis talis *principij secundarij* defensoribus desperatum, parumq; tutum, visum fuerit, constabit inde periculum superioris illius consequentiæ. Non negamus quidem, Ecclesiam per illa quoque secula sævitæ de duratione suâ certam suos habuisse semper Confessores, & veritatis testes (quod ad promissiones illas sufficit) usque adeò ut nunquam fuerit Roma in possessione suorum dogmatum quietâ: cæterum, si ex *solâ Conciliorum vel Doctorum pompâ* formanda fuerit Ecclesiastica *regula*, constabit facîle, pro quâ parte fuerit hæc pronuntiatura, & quomodo sua in Laterano, &, ne-

& novissimè, *Tridentinum*, Concilia, ipsis secundum excellentiam œcumenicis priorum *Seculorum Conciliis*, audacter sit comparatura, vel, ut ostendamus parem Ecclesiam formalem vel Doctoralem, pares Episcoporum Synodos postulatura Roma.

§. 12. Et habet ille processus, quando sub *Principij ad rem*, vel regulæ secundariæ titulo incedit, aliquod ad processum *Papistici*, quem talem proponit Bellarm. l. 3. de V. D. c. 18. *Quicquid DEUS revelavit in Scripturis, est verum* (hec, inquit, propositio est certa apud omnes) At: *Quicquid dicit Ecclesia, Concilium, vel Pontifex, esse verum, DEUS revelavit in Scripturis* (in quibus sc. habemus apertas promissiones, quod errare non possint Act. 15, 28. Luc. 22. 32.) E. & adeò porrò: *Quicquid dicit Ecclesia &c. est infallibiliter verum. Hoc vel illud dogma* (e. c. Purgatorium, Sacrificium Missaticum &c.) à DEO revelatum in Scripturis, dicit Ecclesia. E.

§. 13. Agnovit Augustinus, *solam S. Scripturam in summo illo & cœlesti autoritatis culmine collocatam esse, ut unusquisque hanc de veritate ejus securus legere possit, & solos Prophetarum vel Apostolorum libros ita legendos, ut de illorum scriptis, quod omni errore careant, dubitare nefarium sit, cum contra à Patrum Catholicorum piâ humilitate & veraci de semetipso præsumptione longissimè absit, velle sic suos libros legi, ut nullum eorum scribendo errasse, necessarium sit credi: quin præter libros Canonicos, omnes alios, quantalibet sanctitate doctrinæ præpolluerint Autores, ita se legere fatetur, ut non ideò verum putet, quia ipsi ita senserunt: sed quia per autores Canonicos, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt: unde opponenti Cresconio Cyprianum ad Jubajanum, audacter Augustinus: Ego Epistola ejus autoritate non teneor, quia literas Cypriani non ut Canonicas habeo: sed eas ex Canonicis considero, & quod in eis divinarum Scripturarum autoritati congruit cum laude ejus accipio, quod non congruit, cum pace ejus respuo. vid. Aug. l. 2. cont. Crescon. c. 32. & epist. 19. ad Hieron. Neque aliam mens*
C
aliorum

aliorum Patrum, qui quidem nobiscum venerantur Ecclesiae testimonium, non tamen velut *Regulam*, & ad rem principium Theologicum, quorum consensum, etiam in hac quaestione de consensu antiquitatis alibi allegavimus.

§. 14. Sed & ipsi Pontificiorum praecipui hic tandem in conscientia convicti, nec aliter sentire possunt, nec aliter aliquando loquuntur. Agnoscit Josephus Acosta de temp. noviss. l. 3. c. 3. *Principem, inquit, locum obtinet Scriptura divina, cujus auctoritate invicta nullum datur fortius, majusque praesidium. Ad omnes Diaboli machinas & insidias superandas valet insuperabile atque excelsum divini eloquii robur.* Monent iidem alibi: *In patribus legendis servandam sententiam Quintiliani: Magni auctores labuntur aliquando: summi sunt: sed homines. Patrum testimonia pro nihilo habere impudentis: pro certo, imprudentis esse: subministrare saltem argumentum probabile.* Non, quaecunque in Patribus leguntur omnia esse probanda: nec oportere quoenquam hoc errore duci, ut sibi arbitretur licere, quod locutus vel Ambrosius vel Hieronymus. Vid. Bell. l. 2 de Conc. c. 12. art. pen. Salmer. in ep. Pauli l. 1. p. 3. disp. 6. in fin. Thom. part. 1. qv. 1. art. 6. Canus. Theol. l. 7. c. 3. n. 1. Fatetur Sinichius in Goliath.: *Scripta Patrum saepe involutiùs edita, quae pro ipsa sua obscuritate dogmatibus suis haeretici possunt applicare.* In S. Patrum tractatibus reperiri saepe sententias tam dubias, tam scrupulosas & nonnunquam, prout videntur, contrarias, ut alii in illis inveniunt materiam errandi, & qui exinde astruere velint fidem Catholicam, non facile queant inde se expedire. Fatetur Ben. Pererius comm. in Genesim l. 3. *Licet, quod de Paradiso tradit Irenaeus, à Presbyteris Asiae, Discipulis Apostolorum, accepisse se affirmat, nihil tamen ex indorboris accedere sententiae: cum non quodcunque ab istis Presbyteris proditum est, tanquam certum & indubitatum Christiana doctrina dogma haberi debeat: quin constat, illos ipsos Presbyteros eodem referente Irenaeo, quaedam & falsa & divinis literis contraria docuisse, quae illud de quinquagenà annorum aetate Christi in terris.* Idem

in Genes. c. 6. disp. 9. habet, quæ ad rem præsentem facere videntur: *Pudet dicere, quæ de optimis Scriptoribus hoc loco dicturus sum: adeò sunt non modò falsa: sed pudenda & absurda, indignaq; cum tantorum Virorum ingenii & doctrinæ famâ, tum beatorum Angelorum puritatis ac sanctimonie præstantiâ: dicere tamen cogit veritas, ne fortasse cuiuspiam propter eorum Virorum auctoritatem probabile videatur, quod nullo modo probandum est. Fuit multorum, antiquitatis, doctrinæ & sanctitatis laude præstantium Virorum sententia: Filios DEL, quos Moses narrat mixtos esse cum filiabus hominum, fuisse bonos Angelos, qui fœminarum pulchritudine capti ad obscœnum earum amorem & concubitum sint delapsi. Hæc alleg. Pererius, qui idem monet: Multa quondam vel doctissimis Viris aut obscura, aut dubia, aut incognita fuisse, quæ nunc mediocriter eruditis perspicua, indubitata, exploratq; percepta sunt.*

Gen. VI. 2.

§. 15. Constat ex superioribus. Scriptores & Patres Catholicos veteres, in quibusd. Scripturæ locis & fidei analogiæ & literali harmoniæ pulcherrimè consuluisse, pleneq; satisfecisse, & tum propter meliorem utrinq; de antiquitate præsumtionem, tum propter consonantiæ sanctioris vetustatis amœnitatem, usumq; tum domi, tum foris multiplicem (contra Pontificios imprimis, qui cum adeò sint de antiquitate clamosi, post sanctarum Scripturarum auctoritatem, non infensiores habent adversariam, quàm puriorem antiquitatem, cuius vel unum nunc sit exemplum, interpretamentum Tridentinum verborum Christi in institutione Sacramenti Eucharistici *ſc̄m̄ m̄īm̄* Luc. 22. 19. 1. Cor. 11. 24. 25. quod cum de sacrificacione suâ Missaticâ, & communionem sub unâ, *semper intellectum ab Ecclesiâ Catholicâ*, proclamet Synodus Trid. Sess. XXII. c. 1. & can. 2. fidenter opponere licebit: NULLUM unquã in totâ vetustate sic intellexisse, imò vix quæquam tale, quid ausum scribere ante Tridentinos) summo studio consensum catholicum inquirendum, & ubi datur, vehementer amplectendum esse. 2. Scriptores illos Catholicos in quibusdam

textibus Biblicis, salvâ analogiâ fidei, in sensum literalem, & per hunc sive ignoratum solum, sive etiam abnegatum, in ipsam Catholicâ fidei defensionem, nec sine periculo, peccasse, idq; nunc, summi mysterii sensum ibi, ubi talis nullus erat, urgendo, nunc ubi talis erat, majori Catholicâ fidei discrimine abnegando, imò aliqquando vehementer oppugnando, ubi si phosphorus accuratioris Consilii fontium præfulsisset adversariis e. c. Arianis, dubium nullum, quin hi ex talibus locis in ruborem dare potuissent, optimæ veræq; Catholicæ thesæos defensores Patres & quoscunqve Scriptores veteres. Ita ex Ps. 110, 3. argumentum *æternæ generationis Filii DEI ex substantiâ Patris* deduxerunt Scriptores, & Collocutores Catholici contra Arianos, quæ nullum ibi, nemo nunc ignorat. Contra, Arianis in Concilio Niceno vehementer urgentibus textum Proverb. 8, 22 agere de *Christo, secundum illam naturam, quam habuerat ante nativitatem ex virgine*, opposuerunt se illi adeò celebrati ipso numero 318. Patres Niceni defensori, non ibi agi de Christo: sed *sapientiâ Salomonis creatâ* conf. Gelas. Cyzicen. in Act. Concil. Nic. part. 2. c. 18. & seqq. In quo sanè conflictu hæctenus, haut obstante thesi damnatissimâ, melior fuit causa Arianorum, quàm Catholicorum qui scilicet non alio magis telo letalem plagam inferre tunc Arianis potuissent, quàm ex illo ipso rectè ponderato, accommodatoq; quod Adversarii subministrabant, prout contra ex hoc argumento maximè Catholico, *Canonicog*, pertinaciter, etsi per *ἀνωγειας* textus, abnegato, & dubio maximèq; *Apocrypho* libri Baruch. c. 3, 36. prælato, quantum accrevit & hostibus ad oppugnandam fidem Catholicam instrumenti, & Catholicis detrimenti! 3. Scriptores illos Interpret^{es}, aliqquando, ipsâ fide læsâ, non sanè salvâ vel integrâ, interpretando vel exponendo aberravisse, cujus cum non desint exempla longè plurima, e. c. de necessitate *eucharistie infantibus porrigenda* ex Joh. 6, 53. de *absolutâ Baptismi omnibus sine discrimine salvandis necessitate* ex Joh. 3, 5. de *animabus*
sub al-

sub altari Apoc. 6, 9. conf. Sixt. Sen. Biblioth. sanct. annot. 345. l. 6.
 de Episcopo *unius Uxoris Viro* 1. Tim. 3, 2. vel unum illud, de *Filiis*
Elobim supra allegatum nunc instar multorum habeto. 4. Usque
 adeò non infallibile fuisse iudicium Patrum criticum vel her-
 mineviticum in Scripturæ sensibus, ut & integros quosdam tex-
 tus Biblicos imò libros verè Canonicos, non solùm in dubium
 vocaverint: sed & manifestè inter Apocryphos retulerint, suâq;
 illâ epicrifi præjudicaverint; vel saltem imposuerint posteritati,
 quomodo sanè inter Catholicos comparuerunt, qui e. c. para-
 graphum de *Sudore Christi* ^{Luc. xxi. 34.} *Sanguineo*, qui *caput Marci ultimum*,
 qui integram *Jacobi Epist.* Canonico corpore excluderunt, auda-
 cter pronunciantes illud: *ιστόν αἷς τοῦ ὄστου* s. adulteram, spuriamq;
 esse, et si agnoscunt: *paulatim tempore procedente obtinuisse autori-*
tatem, quæ epicrifiis fuit Eusebii & Hieronymi, etsi non solùm
 suo nomine, ut adeò prout librum *Pastoris*, non obstante quod
 hunc *ἐν νόμοις* numeraverint, *δεδημοσιωμένον* tn. appellarunt: ita
 non obstante, quod in plurimis Ecclesiis fuerit recepta, Epist. Ja-
 cobi (eadem ratio Jhuda) nihilominus habuerint Apocrypham.
 §. 16. Constat inde quàm non careat alicubi periculo in *usu*
inprimis Scripturarum *Hermenevítico*, traditio illa Ecclesiastica, si
 ponatur velut *Principium* ad rem s. *regula secundaria*. Quin quia
 consensus ille veteris Ecclesiæ s. infallibilis traditionis Ecclesia-
 sticæ, ipsumq; adeò dogma de inerrabili Ecclesiâ 1. non magis,
 quàm alia dogmata credenda, in Scripturis est perspicuum, & æ-
 què immediatè velut conclusio Theologica credendum, quia 2.
Προδήμιος ἀπελάσει τὰς δεῖται, semperq; in ipsâ praxi ex Scriptura-
 rum collatione legitimandum, quia 3. ipsis Patribus, si sub regulæ
 vel principii ad rem titulo obtrudatur, fuit signum contradicti-
 onis, quia consensus ille antiquitatis non habet proportionis pa-
 ritatem cum illâ re, cujus esse debet regula, quia 5. solis Episco-
 porum & Doctorum Cathedralis & Patrum scriptis fides non est
 inseparabiliter adjuncta, quin & in his, & in celeberrimis Con-
 ciliis,

ciliis, multa dantur Canonum spuria, imò integra Acta Synodica, integra Concilia supposititià, quàm non conveniat illi antiquitatis testimonio *Principii* vel *regule* autoritas. Scripturarum arma etiam sine autoritate Ecclesia non saltem contra homines & Diabolos: sed & Angelos sunt firma. Valet etiam hìc illud dictum Luc. 16, 29. 31. & Galat. c. 1, 8.

§. 17. De efficacità, & virtute verè divinà e. c. convertendi, illuminandi, salvandi, quæstio nostro seculo mota, an illa verbo DEI sit essentialis, insita s. ingenita, etiam extra usum & legitimum suum officium? Concessum utrinque, verbo DEI, IN USU, attribuendam esse virtutem, efficaciam, potentiam, operationes & effectus verè divinos & supernaturales, eodemq; (non per nudam *ἁπλῶς*: sed, quatenus non nudè extrinsecus adsistunt, nec propter externam aliquam *αἰτίαν* attribuuntur: sed in legitimo USU, intimè verbo conjunguntur, sic, ut virtus illa divina in, cum & per verbum se exerat) intrinsecè, sic ut verbo divino virtus intrinsecè sit indita, & verbum virtutem istam divinam revera in se habeat, & fundamentum ad eò prædicationum illarum intrinsecum sit. An autem efficacia illa verbo divino intrinseca sit essentialiter, velut essentialia *ἑσθλῶς*, & hoc sensu fundamentum illarum enunciationum e. c. *Verbum DEI est divinus Deus, est Vita & Spiritus*, sit intrinsecum, sic ut Verbum DEI etiam citra peculiarem elevationem S. Spiritus, & citra usum, sit *ὡς ὁ λόγος ἔνεργησις*, & virtus illa ac efficacia divina pertineat ad integritatem verbi? quæsitum fuit. De re ipsà rectè pronunciatum ab Hunnio fuit: *Ubiunque Verbum DEI verè est & existit, illic est cum suâ virtute & efficacità, nunquam verò illà potest destitui.* Juxta quem Theologum, & rectè quidem: Verbum DEI, extra usum terminus est perfectè contradictorius, quia non invenitur, nisi in actu & usu, ut hoc ad eò respectu frustra quæretur, an verbum divinum extra usum virtute divinà sit præditum, quia nunquam est DEI verbum suâ divinà virtute destitutum?

§. 18. Alia

§. 18. Alia quæstio, an etiam extra Usus salutarem ipso actu & resp. existentia in hoc vel illo individuo, nihilominus Verbum DEI intrinsecam habeat inditamq; sibi à Sancto Spiritu virtutem divinam *illuminandi, convertendi, actu primo*, ubi licet Evangelium sit *νεκροδυσμῶν* & odor mortis ad mortem ἐν τοῖς ἀπειθοῦσι, tamen in se semper est *Χρῆσθ. ζωῆς*, odor vitæ, & *φωτισμὸς* & *δόξης* & *Θεῶν*, nec minùs *ζῶν ὁ λόγος* & *ἐνεργησ*, ubi sese actu secundo non exerit per efficaciam ultimam *vivificationis* & *potentissima* talis penetrationis, prout manet *διὼναις Θεῶν* s. *virtus DEI ad salutem*, etiam ubi actu ipso non *recipitur ad salutem*: sed per affectatam incredulitatem & vel blasphemam contradictionem, ille, cui prædicatur, resistit Spiritui S. conf. Rom. 1, 16. 2. Cor. 2, 14. 15. c. 4, 3. 4. Hebr. 4, 12. Act. 6, 51. c. 13, 45. 46. Scilicet prout ventus habet potentiam flatus & motus vehementis, & tamen fieri potest, ut quercus, quæ movetur motu vehementi, non moveatur vehementer, nec enim necessario omne patiens tantum patitur, quantum agit agens, quod vulgò dicitur *receptivum recipit non per modum imprimentis: sed per modum receptivitatis* & ita quoque eadem potentia movendi vehementer, *illuminandi oculos, latificandi & convertendi animam, sapientiam afferendi imperitiis*, Ps. 19, 8. 9. inest verbo, etsi actu ipso animus auscultantis non movetur potenter, non illuminatur: quin prout, etiam ubi actu ipso per lectionem s. prædicationem non applicatur, non cognoscitur, applicabile tamen est, cognoscibile est, verbum DEI est: ita & extra talem usum, ad quem tamen ordinatum est, virtus, & sapientia DEI est, nisi quod, ut actu ipso instrumentum efficax sit, requiratur lectio, prædicatio actualis, auditio & cognitio: ut adeò respectu usus formalis, & actus primi, respectu ipsius principii & subjecti denominationis, implicet verbum esse DEI, & non esse verbum divinæ virtutis, & efficaciam, etsi respectu termini, ad quem ordinatur s. respectu ipsius hominis sive congregari, vel verbo *auscultare nolentis*, sive non morosè reluctantis, & adeò

adeò ratione existentia, possit esse verbum DEI sive cum sive sine usu salutari, imò & sine omni usu objectivo, & sic illam divinam virtutem in effectum non absolutè: sed ordinatè intentum, sive traducere sive non traducere. Rom. 10, 15. 16. Tota autem quaestio est de Verbo DEI, non quoad materiale externum præcisè consideratum (quando non nisi signativè Verbum DEI est, eo modo quo Θ εν τῷ Φωνῇ vel εν τῷ ῥεάματι, sunt Γ ύμολα τῶν παθημάτων) sed quoad *formale internum*, s. respectu sensus, qui unus idemq; etsi diverso respectu, alioq; modo & in *mente Spiritus S.* est, & *Verbi* est, & in legitimo & salutari usu ipsius *cognoscentis* vel *auscultantis* est, 1. Cor. 2, 16. & cujus respectu, Verbum nunquam sine Spiritu S. est, à quo tamen præsentissimo vim inditam habet convertendi, illuminandi, ut adeò Virtus illa Spiritus S. non sit disparata, vel opponenda verbo, nec ex illa huic indita virtus neganda: sed pulcherrimè subordinanda, ut sc. eadem *illuminatrix & persuadens* vis, quæ verbo divino per se (saltem modo 2.) est indita, sit divina virtus S. Spiritus: (per se modo 1.) & habeat rationem efficientis resp. intelligentiæ actualis s. illuminationis, ac *salutis animarum*, quomodo λόγον ἐμφυτον meminit Jacobus, qui sit *δυνάμις* Θ vel habeat *δυνάμιν servandi animas nostras*, quæ eadem virtus verè divina & verbi est, & Spiritus S. est. Et insita quidem est illa *δυνάμις* Verbo etiam, ubi non legitur, vel obliose auditur: sed sic ut ad activitatem illius *δυνάμεως* requiratur usus legitimus, ut sc. quis sit ἀκερατῆς sed non Πιληρίσμονῆς Jacob. 1, 23. 25.

§. 18. Est sanè Scriptura Θ in concreto considerata, organum vel medium Spiritus S. ad producendos effectus supernaturales, spirituales ac salvificos efficacissimum efficaciam non solum objectivam, sed & effectivam Scripturae intrinsecè inditam à Spiritu S. e. c. *ad illuminandum mentes*, Psal. 19, 9. 2. Pet. 1, 19. *ad convertendum corda* Jerem. 23, 29. *ad vivificandum* Joh. 6, 63. 68. Hebr. 4, 12. *fidem generandum* Joh. 17, 20. Rom. 10, 8. 17. *salvandam*,

dum Rom. 1, 16. 1. Tim. 4, 16, corda nostra Spiritu promissionis ob-
 gnandum Eph. 1, 13, ut non minus in fanaticas partes abiverint,
 cenluranq; suo merito duriozem passæ sint eodem ferè tempo-
 re sequentes phrascs erroneæ 1. Scripturam S. ceu relationem uti mi-
 nimæ entitatis: ita & efficacia esse. 2. Scripturam in concreto conside-
 ratam (h. e. ex materiali & formali compositam) non assurgere ul-
 tra operationem objectivam in se, ex se, & per se; virtutem divinam
 dōvav spiritualem, ζωολογία, non esse illi intrinsecam: sed extrinse-
 cus, illi, ceu Entiam in actu constituto, adventitiam, per modum acci-
 dentis predicabilis, ob extrinsecam Spiritus S. ceu causæ principalis
 assistentiam, qvi Scripturam ultra vim internam nativam, velut ad il-
 los effectus planè imparè & improporcionatam, sic elevet, inq; opera-
 tionem illam, ceu Instrumentum subordinatum deducat. 3. Scripturam
 tantum lumine objecti h. e. Historico, Grammatico & literali præditam
 esse, lumen autem subjecti eidem esse adventitium forinsec^o, eamq;
 antevertere non semper: sed tantum in actu conversionis: & adeo
 Scripturam ad supernaturalem efficaciam à Spiritu S. elevari, bene-
 ficio Luminis subjecti, velut luminis principalis (sic dicti ad diffe-
 rentiam luminis objecti, ejusdemq; solius Scripturæ proprii & in-
 nati, velut instrumentalis). 4. Lumen illud subjecti esse clarum,
 objecti obscurum. 5. Lumen subjecti duplex habere officium
 sc. 1. Lumen objecti clarum reddere, 2. intellectum illuminare,
 quò lumen Scripturæ possit arripere vel apprehendere. Contra
 1. potentia illa supernaturalis, verbum DEI quà tale, ac Scriptu-
 ram S quà talem constituit, ab alio quovis verbo & scripturâ dis-
 cernit, & extra illam, verbum illud, DEI esse verbum, & Scriptu-
 ra, Θεός & esse Scriptura desinit. E. illa non est extrinseca, ver-
 bo DEI adventitia s. accidentalis. 2. Scriptura Θεός & sic est
 ω φέρει & s. utilis ad illos effectus, ut possit perfectum DEI ho-
 minem reddere & Κοφίον εἰς ζωής αἰών &c. E. est proportionata ad
 effectus illos 2. Tim. 3, 16. 3. Scripturæ prout unus literalis fen-
 sus: ita unum, non duplex lumen est. 4. Scriptura per se lucet
 D in ob-

in obscuro loco, 2. Pet. 1, 19. E. non habet lumen obscurum ob-
jecti, quod illustretur à lumine subjecti. Scriptura tale lumen
est, quod & objectum illuminat, & in subjecto excœcato facul-
tatem videndi conciliat. Pf. 119. 105. 130. 5. Lumen gratiæ s. sub-
jecti, Spiritus S. non est diversum à lumine Scripturæ: sed unum
ac idem. Lumen gratiæ antevertit quidem mentem hominis:
sed non lumen Scripturæ.

II. De Sensu Sermonis CHRISTI. Joh. VI. 52-56.

§. 20. De aureâ Christi concione Joh. c. VI. & illâ in primis
parte, quæ à v. 52. procedit anquisitum inter Theologos A. Con-
fessi fuit, an de *sanctissimo Eucharistiæ Sacramento*, & hujus *perce-
ptione sacramentali*, an de *spirituali, non sacramentali manducatione
& bibitione Eucharisticâ* intelligenda? Habet utraqve sententia
& auctoritates quasdam & rationes. Facit pro illâ (1) *circumstan-
tia temporis & loci planè diversa*, vid. c. 6. 1. 24. 27. & seqq. (2) al-
tum Silentium *de pane & vino, velut Symbolis manducationis & bi-
bitionis Eucharistica*. (3) non continuata *Cibi & potus*, actus item
manducandi & bibendi distinctio (et si quater occurrit) (4) Even-
tus, ipseque hospitum status diversus, unde & Augustinus sic
*⁊⁊⁊⁊⁊ v. 63. Spiritualiter intelligite, quod locutus sum. Non hoc
Corpus, quod videtis, manducaturi estis, & bibituri illum Sanguinem,
quem susuri sunt, qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis com-
mendavi: spiritualiter intellectum vivificabit vos. Et si necesse est,
illud visibiliter celebrari, oportet tamen invisibiliter intelligi*, vid. ille
Tom. 8. in enarr. Psal. 98. Urget altera pars (1) *proprium sensum
preferendum Metaphorico*. (2) *Defectum expositionis*, ex hypo-
thesi sensus literalis figurati, *per necessariæ*. (3) *Contextum v. 29.
35. 41. 47. & quomodo respondeatur ad offensam Judæorum*, præ-
ter illam fidei, *novam manducationem intelligentiam*, & in hoc
præcipuè hærentium, *quomodo & carnem retinere, & tot homini-
bus eandem manducandam dare posset v. 52. quem adeò conceptum
si Christus eximere planè voluisset, superiori saltém modo, quo
v. 29. & 35. locuturus, non orationem jam inde à v. 53. adeò im-*

mutaturus fuisset. Urget proinde (4) distinctam quater v. 53. 54. 55. 56. *Carnis & Sanguinis, Cibi & potus, manducationis & bibitionis* mentionem, quæ tam accuratâ distinctione opus haut fuisset, nisi respectus ad futurum Sacramentum subsuisset: Urget (5) *præjudicium sensus literalis verborum institutionis Sacramenti Eucharistici, si locus hic ad solam manducationem spiritualem ita restringendus, ut manducare planè nihil aliud sit, quàm credere.* (6) Sequelam institutionis: extra quam quidem si fuisset, nullum dubium, quin *spiritualiter* omnia: prout, post illam, *durum, totiens iterari Metaphoram.* (7) Consensum antiquitatis, quæ tota ferè faciat pro *sanctissimo Eucharistia Sacramento*, usque adeò ut ex v. 53. dogma *de porrigendâ Infantibus Eucharistiâ* sub necessitate salutis obtinuerit per aliquot secula, ipso in primis Augustino parem inde necessitatem hujus Sacramenti probare conante, quàm Baptismi ex Joh. 3. 5.

§. 21. Licet autem de solâ *comestione & bibitione spirituali*, sive extra Sacramentum, sive in Sacramento (quatenus præter communionem sacramentalem, quæ est omnium panem & vinum juxta ritum à Christo institutum sumendum, ad salutem fructum ex illâ sumtione sacramentali consequendum, *apprehensio rerum promissarum*, atque ipsius etiam *Corporis & Sanguinis Christi*, modo spirituali requiritur, quæ apprehensio, quando in Sacramenti sumtione fit, comestio & bibitio spiritualis dicitur, ad quam respectus Servatoris in loco Joh. e. 6. 53. 54. 55. 56. omninò in ipsâ literâ quoque conceditur) in Joh. c. 6. agit tutissimè dicatur, nec reprehendere tamen in nostrarum Ecclesiarum Doctoribus hanc quorundam sententiarum differentiam possunt sive Calviniani, sive Pontificii (cum nec illis ipsis domi hinc conveniat) nec illam de solâ *comestione & bibitione spirituali* interpretationem velut hæreticorum & heterodoxorum notare, quam ex illis Calvinus, ante Calvinum Zwinglius & Oecolampadius, ex his Cajetanus, Ruardus Tapperus, Corn. Jansenius velut Catholicam expositionem publicis scriptis propugnarunt: sed nec vitio nostris vertere, si ex hypothesi illis communiori interpretationis sc. de *Eucharistia Sacramento*, ex hoc loco sive contra illos aliquando pugnent, pro *reali præsentia Sanguinis & carnis Jesu Christi in Sacramento*, sive contra hos pro æquè universali obligatione *potus, s. Sanguinis Christi cum vino, ac esus Corporis Christi cum pane,*

& ipsius adeo *Calicis Sacramentalis*, ex universali Servatoris *Mandato*, & primæ functionis exemplo *Marth. 26. 27. Marci 14, 33.*

§. 22. Licebit hic nobis idem dicere, quod in h. l. *Becano*, & *Maldonato*: *Accidis*, inquit, commodè quod ipsis etiã *hæreticis* hic inter se non convenit. Communitatim *Calvini* Discipulos cum *Wicelitis* & *Hufficis*, quorum illi negent agi de *Sacramento*, ne cogerentur confiteri *Christi carnem & sanguinem* vere dari in *Sacramento*. Potuit talis quorundam *Calvini* discipulorum conceptus esse: nec tamen tale consequens imputandum dogmati: cum & *Calvini* norum longè plurimi defendant agi de *Sacramento*, & oppugnent vel ex hoc ipso loco substantialem præsentiam corporis & sanguinis *Christi* in *Sacramento*: & magno numero nostri defendant, agi de solâ comestione & bibitione spirituali, qui tamen ad unum omnes *Confessores* sunt pro substantiæ, corporis & sanguinis *Christi*, in *Sacramento* præsentia reali. Agnovit idem *Maldonatus* suorum hic discordem *Concordiam*: *Impediunt*, inquit, nos, quò minùs in *hæreticos* acriter, ac vehementer invehamur, *Catholici* quidam, qui nescio, quâ audaciâ se *hæreticus* junxerunt. Scio *Catholicos*, scio doctos, scio religiosos ac probos viros esse: sed minimè profectò utilem atque fidelem *Ecclesiæ* operam in hac re navaverunt, quod contra *Scripturæ* sensum, contra *Patrum* omnium interpretationem, contra tacitum, imò minimè tacitum: sed satis superq; explicatum *Ecclesiæ* consensum dixerint, atque contenderint h. l. de *Sacramento* non agi: quod ut benignissimè dicam est temerarium, gravioribusq; condemnarem verbis, nisi compertum haberem, homines benè *Catholicos*, errore magis animi, quàm vitio, in *hæreticorum* sententiam impegisse. Paulo vehementius deinceps causam agit contra suos *Catholicos*, quos non obscure, lætè omnium *Patrum* & tot *Conciliorum*, decreti imprimis *Tridentini* *Majestatis* reos accusat *Tridentini*, inquit, *Concilii* decretum, ne quis contra unanimem *Patrum* consensum *Scripturas* interpretetur, si hic non valet. ubi de re inter nos & *hæreticos* maximè controversâ agitur, non video, ubi valere debeat. Et tamen paulo post: *Catholici*, inquit, cum solvere argumentum *Lutheranorum* (sc. aut hunc locum de *Eucharistiâ* intelligi non posse, aut certè utramqve *Sacramenti* speciem omnibus necessariam esse) non possent, ne contra *Ecclesiæ* consuetudinem atque sententiam dicerent, utramqve speciem *Sacramenti* omnibus esse necessariam, dicere maluerunt: de *Eucharistiâ* h. l. non agi. non animadvertentes, utramqve *Ecclesiæ* sententiam esse, & utramqve speciem *Laicis* non esse necessariam, & de *Eucharistiæ Sacramento* hic agi.

§. 23. Meretur autem hic audiri *C. Jansenius Gandav. Episcopus*, quem præcipue ferire videtur centura *Maldonati*. Ita ille in c. 6 *Johan. V, 53*. Pleriqve, inquit, tum *Hæretici* tum *Catholici* de modo manducandi & bibendi sacramentali lo-

tali locum hunc accipiendum contendunt, confirmantes suam sententiam veterum plurimorum autoritate, qui de sacramentali manducatione locum istum intellexerint, quod quidem Heretici faciunt, ut hinc demonstrent, Eucharistiam necessariò sumendam esse sub utraqve specie, Catholici verò, ut ex hoc loco convellant hæresin, negantium in Sacramento panis & vini verè subsistere carnem & sanguinem Domini. Hic enim apertè dicitur. Panis, quem ego dabo, caro mea est, quod si intelligatur de pane Eucharistia, non potest adferri locus, quo apertius illorum error confutatur. Verùm, quod non debeat locus iste intelligi secundùm præcipuam Domini intentionem de manducatione sacramentali, primùm ex eo apparet, quod in verbis Domini superioribus videatur idem omninò esse, manducare Christum & credere in Christum. Secundo, si de eà intelligatur, sententia sequentes v. 54. & 56. non erunt universaliter veræ nisi subintelligatur dignè, quod tamen non potest intelligi in præcedentibus sententijs, e. c. v. 50 nam si subintelligendum illud sit, jam non constabit differentia inter Manna & panem vitæ. Nam & illud dignè manducantes non sunt mortui, secundùm Augustinum. Audiamus potro, quomodo retundat suos illos Pseudo-Catholicos locum hunc de sacramentali manducatione sic intelligentes, ut tamen non significetur necessitas sumendi utramque speciem. Obijciunt hic non dictum esse à Domino: Nisi manducaveritis panem, & biberitis calicem meum: sed, nisi manducaveritis carnem, & biberitis sanguinem filii hominis. Carnem autem manducari, & sanguinem bibi, etiam cum sumitur sola species panis, eo quod sub eà Caro & Sanguis h. e. totus Christus & contineatur & sumatur. Itaque uno illo actu, quo sumitur species panis, intelligunt hominem & manducare carnem, & bibere sanguinem Christi. Respondet Jansenius: Non facile apparet, quomodo apertè exterior illa sumtio possit dici bibitio, si nihil sumatur per modum potus. Non enim diceremus, eum manducare & bibere, qui panem tinctum vino sumeret. Proinde secundùm horum sententiam videretur, omninò dicendum, eum, qui Christum sumit sub specie panis, dici & manducare & bibere, non ratione actus exterioris, qui manducationis tantùm speciem habet: sed ratione actus interioris, nempe fidei, quæ fertur & in carnem Christi passam, & in sanguinem pro se effusum, & ita Christum hic loqui de manducatione sacramentali: sed quæ habet adjunctam etiam spiritualem manducationem: sed secundùm hanc intelligentiam locus magis exponitur de spirituali, quàm sacramentali manducatione. Et post interjecta quædam: Cum vel non Catholicè, vel non satis commodè locus iste intelligi possit de manducatione sacramentali, nec ille sit proprius Scripturæ sensus, quo Augustinus quandoque hunc locum intelligit, de carne Christi mysticè, restat totum hunc locum convenientissimè intelligi de manducatione spirituali, quæ est per fidem in carnem Christi traditam in cruce, & sanguinem pro nobis effu-

bi effusum, de quo ut intelligatur & præcedentia & sequentia satis exigunt, & de quo si intelligatur, cessant omnes difficultates, quæ oriuntur, si de sacramentali manducatione accipiatur. Nec concludit quicquam argumentum eorum, qui volunt necessariâ de manducatione sacramentali intelligendum hunc locum, eò quod duo præcipiat Dominus, nempe manducare carnem, & bibere sanguinem, quasi duo diversi actus præcipiantur, cum & Joh. 6, 35. ubi procul dubio sermo non est de perceptione sacramentali Eucharistici: sed unico actu fidei, dicatur & fames tolli, & sitis, & proinde unico actu fidei dicamur & manducare & bibere. Quoniam autem hæc fide oportet credere sanguinis effusi in cruce à carne separationem, idèò distinctè fit mentio carnis & sanguinis, & carni quidem tanquam solide tribuitur manducatio; sanguini vero tanquam liquido, potus. Quod autem sancti Patres ut plurimum locum sunt interpretati de manducatione sacramentali factum ab eis per extensionem & accommodationem valdè utilem simul & aptam nec alienam ab intentione Domini. Utilem, ad excitandum ad frequentem Sacramenti adeo salutaris perceptionem. Aptam, quod sub Sacramento panis & vini verè contineatur caro Christi & Sanguis, atque ob id, quæ hic dicuntur, etiam competunt carni & sanguini ejus, ut continetur in Sacramento, maxime cum hæc à Christo idèò sint instituta, ut sumenda sacramentaliter, quò per sacramentalem perceptionem excitaretur in nobis fides, quâ manducatur Christus spiritualiter &c. Non alienam, quia verisimile, Dominum hoc tropo manducandi carnem & bibendi sanguinem eò lubentius usum, quod aliquando carnem & sanguinem traditurus esset reipsa in Sacramento sumenda, ut, etiamsi de sacramentali perceptione hic non sit potissimum locutus, ad eam tamen etiam respexerit.

§. 24. Absolvimus dubium paucis conclusionibus (1) in c. 6. Johannis, nec ex professo, nec ex integro, nec velur in adæquatâ & ordinariâ sede (quæ datur in solis verbis institutionis) agitur de Sacramento Eucharistico. (2) Communicatio corporis & sanguinis, in verbis institutionis, est amplior ratione subjecti & effectus. Communicatio c. 6. Johannis, est amplior ratione Sacramenti. Scilicet, in verbis institutionis *subjectum* communicans potest esse etiam indignum, & communicationis talis effectus, *judicium*: quare neutrum in illâ Johannis c. 6. Contra, communicatio c. 6. Johannis, saltem illa quæ proponitur in responsione ad contentionem Capernaitarum primam à v. 41. ad 52. transcendit Sacramentum, & esse potest quoque extrasacramentalis, etsi nunquam exitialis: cum omnis illa in verbis institutionis sit sacramentalis, etsi quædam hic esse potest exitialis. (3) Non tantum est aliqua convenientia & cognatio inter verba institutionis, & c. 6. Johannis: sed & peculiari quodam modo *Manducatio & bibitio*, quæ quater memoratur (in responso Christi ad murmurationem Capernaitarum secundam) à v. 52. ad 57. ad Sacramentum, Dominicum

pertinet, ratione sc. functionis in Sacramento (spiritualis s. sacramentalis) quatenus salutaris nec ullibi operosior & luculentior illa sumtio Johan. c. 6. intellecta est, quam in Eucharistiâ. Igitur (4) Parallelismus horum locorum male supponitur. (5) Pejus ex capite 6. Johannis velut regulâ interpretationis verborum institutionis, determinatio omnis modi manducationis & bibitionis sacramentalis præsumitur, & exinde omnis Communicatio s. perceptio Christi sacramentalis, nonnisi spiritualis & salutaris præsumitur. (6) Pessimè modus interpretationis & communicationis in loco Johannis proprietati sensus literalis in verbis institutionis substantialibus, manducationi item & bibitioni ipsius substantiæ corporis & sanguinis Christi sacramentali, ac, quoad solius organi rationem, orali opponitur, cum non tantum non sint contradictoria & incompatibilia, spiritualis & sacramentalis communicatio, quin ad salutarem manducationem & bibitionem Eucharisticam, necessaria sit illa, quæ Johan. c. 6, 51. memoratur manducatio panis vitæ s. carnis Jesu Christi spiritualis. Conf. lib. Concord. p. 743. 744. sed & in uno eodemq; Sacramento ratione existentia s. Objecti dignè communicantis, illa ipsa spiritualis, à sacramentali, & hæc ab illa sic inseparabilis, & illa adeò communicatio dignorum, de quâ solâ Johannes c. 6. 53. 54. 55. 56. *veram manducationem carnis & bibitionem sanguinis* in Sacramento non excludat; sed aliquando supponat, imò materialiter includat. (7) Post regulam dogmatis de Sacramento Eucharistico, in verbis Institutionis, velut propriâ primâq; sede collocatam, fidemq; inde plenariè fundatam, Calvinianorum potius hypothesis, ac si sc. *perceptio Christi sacramentalis fiat solo instrumento fidei, & quocunq; modo, reipsâ humana Christi caro, & sanguis, ore comedatur vel bibatur, Cæna sit Capernaitica, communicatio adeò corporis & sanguinis Christi nulla oris: sed tantum fidei, nec cum pane & vino realis adessentia corporis & sanguinis Christi,* ex hoc loco Johannis & responso Christi v. 53. 54. 55. 56. vehementer evertitur, quàm inde nostrum dogma de verâ & substantiali præsentia & perceptione sacramentali plagam patitur: nec admittendi fuerint ad disputationem ex hoc loco contra fidem Catholicam, nisi prius fidei de manducatione & bibitione orali ipsius Corporis & Sanguinis Jesu Christi, in Sacramento dignorum, & ipsâ adeò præsentia substantiali, quæ tam clarè hîc & totiens prædicatur, ex hypothesis illis domesticâ concedant palmam. (8) Pariratione & partim καὶ ἀνθρώπων, partim καὶ ἀλήθειαν, ex hypothesis, in novissimis his quatuor versibus agi de communicatione dignorum sacramentali. *Communicatio sub utraq; velut ex instituto & præcepto Christi omnibus communicantibus ex æquo necessaria, ex hoc loco solidissimè probatur contra*

Pontificior.

Pontificios. (9) Patres doctrinam quidem de Cœna Domini variè tractarunt in c. VI. Johannis: sed non ita, ut improbatâ & repudiatâ nativâ sententiâ institutionis, interpretationem de modo manducationis in Sacramento petierint ex Johanne, & adeo longè aliter contulerunt cum verbis institutionis, quàm faciunt nunc adversarii Calviniani, & quoad communionem sub unâ, Pontificii,

III. De thesi Pauli in Ep. ad Rom. c. IX. & seqq.

§. 25. De Capitibus 9. 10. 11. vel illorum potius argumento in controversiam vocato, sic habendum, ut nec integra tria capita ex instituto, & principali Thematis Scopo intelligantur de *prædestinationis* articulo, nec negetur in ipsâ tractatione Thematis principalis (quod est de *hypotheticâ*, non absolutâ, ac nationali quidem Judæorum s. *particulari*, longè plurimorum, non tamen singulorum, in illâ gente, individuorum, à regno Christi *rejectione*, & *gentium vocatione* s. de gente Israelitarum, & naturalium ramorum *propter incredulitatem ex oleâ propriâ excisione*, & gentium *per fidem in veram oleam insertionem* conf. c. 9. 6. 7. 8. c. 11. 1. 5. 20. 24.) alicubi inde argumenta præsumi, & deliberato etiam consilio ab Apostolo agi de prædestinatione, & quod circa hanc est, decreto, quo sensu [ex Luthero loquens Formula Concord. intelligenda, quando art. 11. de æternâ prædest. monuit: *Exercitatum sub cruce, tentationibus & afflictionibus* (in c. 8.) *deinceps demum* (c. 9. 10. 11.) *rectè doceri, quanta in prædestinatione divinâ consolatio reposita sit*, quæ eadem Form. Concord. ibidem probatura nihil esse in nobis, quod sit causa divine prædestinationis s. propter quod nos DEUS ad vitam æternam elegerit, accuratè solideq; satis adducit id quod habetur c. 9. v. 11. 12. 13. ibidemque allegata ex Mose Gen. c. 25. & Malach. c. 1. loca, de DEO sc. ut *propositum divinum*, quod est *circa electionem, stabile maneret, non ex operum, vel generationis prævisâ excellentiâ: sed unice ex indebitâ vocantis gratiâ, dicente: Major serviet minori: & iterum: Jacob dilexi: Esau autem odio habui.* Neque verò ibi saltè in mentione *propositi circa electionem* (quæ hîc non ponitur *propositi causa, seu regula: sed objectum*) v. 11. sed & v. 15. 16. ubi asseritur prima salutis & electionis pariter causa, indebita DEI *miseriordia*, v. 23. in mentione *vasorum gloriæ* ab ipso sc. DEO *preparatorum ad gloriam* (cum contra, *vasa iræ* non dicantur ab ipso DEO *ad iram* s. *perditionem adaptata: sed, quod illi adaptationi contradictorium est, in multa longanimitate tolerata*) c. 11. 2. 5. agitur de prædestinatione, & alicubi quoque de reprobatione s. rejectione à gloriâ, nequaquam autem de prædestinatione Calvinianâ, de quâ nihil hîc in literâ Apostolicâ, multò minus, ut ob hanc exclamaverit Apostolus c. 11. 33. illud: *ὁ βῆθ*. Pluribus hæc expeditimus in comment. Paulino.



pertinet, ratione sc. functionis in Sacramento spiritualis
 tenus salutaris nec ullibi operosior & luculentior illa sum
 lecta est, quam in Eucharistiâ. Igitur (4) Parallelis
 rum male supponitur. (5) Pejus ex capite 6. Johannis
 pretationis verborum institutionis, determinatio omni
 tionis & bibitionis sacramentalis præsumitur, & exin
 nicatio s. perceptio Christi sacramentalis, non nisi spiritua
 sumitur. (6) Pessimè modus interpretationis & comm
 Johannis proprietati sensus literalis in verbis institutionis su
 ducationi item & bibitioni ipsius substantiæ corporis & sacra
 mentali, ac, quoad solius organi rationem, orali opponitur
 non sint contradictoria & incompatibilia, spiritualis & sacra
 catio, quin ad salutarem manducationem & bibitionem E
 ria sit illa, quæ Johan. c. 6, 51. memoratur manducatio pa
 Christi spiritualis. Conf. lib. Concord. p. 743. 744. sed &
 cramento ratione existentia s. Objecti dignè communicanti
 à sacramentali, & hæc ab illa sic inseparabilis, & illa adeo co
 rum, de quâ solâ Johannes c. 6. 53. 54. 55. 56. veram manducati
 nem sanguinis in Sacramento non excludat; sed aliquando su
 aliter includat. (7) Post regulam dogmatis de Sacramento
 bis Institutionis, velut propriâ primâq; sede collocatam, si
 fundatam, Calvinianorum potius hypothesis, ac si sc. perce
 talis fiat solo instrumento fidei, & quocunque modo, reipsâ hu
 sanguis, ore comedatur vel bibatur, Cæna sit Capernaitica, co
 poris & sanguinis Christi nulla oris: sed tantum fidei, nec es
 adessentia corporis & sanguinis Christi, ex hoc loco Johanni
 v. 53. 54. 55. 56. vehementer evertitur, quàm inde nostrum e
 stantiali præsentia & perceptione sacramentali plagam par
 fuerint ad disputationem ex hoc loco contra fidem Cathol
 de manducatione & bibitione orali ipsius Corporis & Sang
 Sacramento dignorum, & ipsâ adeo præsentia substantiali, o
 totiens prædicatur, ex hypothesis illis domesticâ conceda
 ratione & partim κατὰ ἀνθρώπων, partim κατὰ ἀλήθειαν,
 viffimis his quatuor versibus agi de communicatione dig
 Communicatio sub utraqve, velut ex instituto & præcepto C
 municantibus ex æquo necessaria, ex hoc loco solidiss



qua
 in
 oco
 inter
 luca
 mu
 præ
 loco
 man
 sacra
 tum
 nuni
 cessa
 Jesu
 q; Sa
 ualis,
 igno
 bitio
 ateri
 n ver
 enariè
 smen
 o, &
 d cor
 realis
 Christi
 & sub
 tendi
 s fidei
 isti, in
 hic &
) Pari
 n no
 entali,
 com
 contra
 fiasios.